Crac. Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam. Nobiles et Famati Fid. nobis dilecti. Habet Conventus Religiosarum Virginum Monialium ordinis S. Bernardini extra muros Civitatis nostrae Crac. in Stradomia sit certa bona per Religiosam olim Elisabetham Famati olim Joannis Warpeska Civis Crac. filiam sibi inscripta. Mandamus itaque Fid. vestris ut quamprimum eo nomine per praefatas Virgines vel earum Mandatarium admoniti fuerint, eadem bona sine ullis tergiversationibus in possessionem earundem tradant. Tandemque si ipsis videbitur ut resignationem eorundem bonorum petant, eam Fid. vestrae per Seniorem Scabinum fieri sine diffugiis curent. Pro gratia nostra officiique suorum debito.

Mandatum ad ius suppremum

Sigismundus etc.

Spectabilibus et Famatis Advocato et Scabinis Juris Supremi Castri Crac. Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam. Spectabiles et Famati Fid. nobis dilecti. Intercedit Generoso Jacobo Zielenskij Aulico et Secretario nostro Actori cum Famato Joanne Dambrowskij citato occasione violentae occupationis sortis domus Lapideae Crac. in platea Fenili consistentis Causa et actio quae per appellationem a Judicio inferiori Civili Crac. in Judicium Fid. vestrarum devoluta vel devolvenda est. Mandamus itaque Fid. vestris quod si aliqua partium Fid. V. sententia gravatam esse existimaverit in haecque causa ad nos et Judicium nostrum provocaverit, ut non ad Commissarios sex Civitatum sed ad Judicium nostrum Regium appellationem admittant. Secus pro gratia debitoque officiorum vestrorum Fid. V. non facturi. Dat. Varsaviae etc.

MANDATUM

Generosis Spectabilibus et Famatis Valentino Krzepiczkij Tenuti nostri Notario Joanni Spiglero Joanni Waxmano Martino Vibayser Consulibus Paulo Perez Advocato Friderico Schmaltz Supremi Judici Scabino Sebastiano Nackinskij Scabino Judicij Civitatis nostrae Crac. et Stanislao Bubinskij Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam. Fideles dilecti auditus est nobis Famatus Joachimus Heindersfeld porrecto supplici libello quod Fid. V. in controversijs quas ei

cum Societate coctoris Salis Thorunen. intercedunt et ad quas dirimendas a nobis Fid. V[ri]s deputati sunt negligenter actum dum procedant magno suo damno. Ex altera parte quoque Nobilis Simon Brandtwig Secretarius et Fiscalis noster nobis humiliter significavit secum damnosa rerum nostrarum Fiscalium quibus in Prussia curandis a nobis praefectus est, et rei suae familiaris neglectione aliquot annis huic negocio Cracoviae coram diversis Comissarijs attendisse, id tamen toto isto tempore vix recte incipi nedum finiri potuisse, vereriq[ue] cum ob Heindensfolgi impertinentes contentiones et diverticula tum Fid. V[ri]s tum occasiones publicas et privatas aliasq[ue] multas causas vix unquam eo modo recte finiri posse in maximum et Fisci nostri Regij et Societatis damnum. Ideoq[ue] de alia huius litis quam citissime finiendo expeditione et certiore aliqua constituenda ratione tam suo quam aliorum Sociorum nomine nobis supplicavit. Nos autem priusquam a Fid. V[ri]s de istius negotij statu et qualitate informaremur nihil temere immutandum esse censuimus. Ideo Fid. V[ri]s Mandamus ut omni conatu adhuc efficere studeant quo hoc negotium ante Regni Comitia nunc instantia rite finiri possint. Sin minus causas nobis significent Fid. V[ri]s cur asse finiri non posse existiment, ut ex ipsarum informatione de aliqua alia expeditione ratione eius diuturnae litis finiendo deliberare et certius decernere possimus. Cum etiam limitatio istius negotij ob Fisci nostri propriam quandam actionem coram nobis pendentem per nos facta ultima Januarij expirare dicitur. Illa vero actio vix ante eam diem terminari poterit. Ideo Mandamus Fid. V[ri]s ut eandem limitationem suam ad paucos dies quousque Fiscalis noster illam absolvere et absoluta ea Cracoviam advenire possit prorogent. Secus Fid. V[ri]s non faciant. Pro gr[ati]a n[ost]ra officioq[ue] sui debito.

Confirmatio Warssovien.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam memoriam. Nos Sigismundus etc. Significamus etc. Quod quamvis compertum habeamus Civitatem nostram antiquam Warsavien. eiusq[ue] incolas et omnes sub iurisdictione illius degentes ex praescripto Privilegiorum ante hominum memoriam ab antiquissimis temporibus eidem civitati per Illmos Duces Massoviae datorum et tandem per Sermos antecessores nostros et nos ipsos confirmatorum hactenus liberam et immunem semper fuisse a pendend. tam equis quam pecunijs Podwodarum tamen quoriam edictis et constitutionibus